

Franckesche Stiftungen zu Halle

Series Operarum Et Laborum

Schöning, Christian Gottfried

Stargardiae, [1701?]

VD18 13459465

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197368](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197368)





65. E. 12

65 E. 12

51

SERIES OPERARUM
ET
LABORUM,

In quibus
Docentium Studium
& discipulorum industria,
AUSPICE ET PRÆSIDE DEO

Sub umbra
POTENTISSIMI REGIS
FRIDERICI,

a Mense Aprili ad Octobrem
Anni MDCCI.
In Regio, quod NEO-SEDINI est,
GYMNASIO

versata fuerunt;
Amicæ omnium Mæcenatum censuræ
repræsentata.

CHRISTIANO GODOFREDO SCHÖNINGIO,
Gymnasii Rectore.

STARGARDIÆ, Literis JOHANNIS NICOLAI ERNESTI, Reg. Typogr.

H. Prof. Antonig.



Qui artium liberalium Magistri & vivendi Præceptores juventuti in studiis humanitatis versanti, & posteritati, cui optimus quisque maximè serviat, consulere, volunt; primum præsentis seculi, deinde ingeniorum habeant rationem. Hoc enim pacto provideri atque caveri potest, ne adolescentes, quorum ineuntis ætatis inscitia Doctorum constituenda & regenda est prudentiâ, in usum futuræ oblivionis aliquid discant, aut altiora, quam ætas atque indoles permittunt, doceantur. Utrumque in consilio habuimus, cum, quid in præsentia nostris tradendum foret, deliberavimus. Neque enim quid vulgus admiraturum, quam quid boni probaturi sint, videndum. Præcipue ea oculis obversata sunt, quæ diva HEDVIGIS & Potentissimus FRIDERICUS testamenti tabulis atque solenni diplomate nobis injunxerunt. Quædam tamen quorundam Parentum atque amicorum dedimus desideriis, ut, quantum fieri posset, omnibus satisfaceremus.

RECTOR, Theologiam eo fere ordine, quem B. Kœningius præscripsit, pertractavit. Definitiones plerasque ex eodem retinuit. Quod si tamen quædam obscuriores visæ fuerunt, ex Dieterico aut aliis optimæ notæ Theologis in earum locum expeditiores substituit. Definitionibus primarias adjunxit theses, quas sacre scripturæ dictis, paucis quidem, potioribus tamen, confirmavit; & quæ demonstrandi ratione ubique utendum, ostendit. In fine cujusque loci antithesin adversariorum addidit, quorum verba subinde evoluit, ut eo certius de sententia eorum constaret, nec controversias fingere videremur. Denique testimonia è libris Symbolicis in gratiam Theologiæ alumnorum adduxit; & quæ morum sanctitas sacris præceptis respondere debeat, monuit. Secundi Ordinis Tironibus faciliora ex singulis locis momenta patrio sermone explanavit, utque sensim eadem latinis verbis exprimere advescerent, eos adultiorum pensæ animum attendere jussit.

Hac

1788

Hac docendi ratione duabus prioribus absolutis partibus, tertiam tractationem ingressus est.

Disputarunt

- I. De Theologia & Religione, Resp. Godofredus Weise Opp. Petrus Lemke / Neo-Sed. Pom. & Petrus Christianus Blivert, Grypheb. Pom.
- II. De sacra Scriptura & articulis fidei. Resp. P. Lemke. Opp. Tobias Henricus Engelke, Neo-Sed. Pom.
- III. De Deo, Resp. Albertus Christophorus Walter / Neo-Sed. Pom. Opp. P. Lemke.
- IV. De Deo Patre. Resp. Martinus Fridericus Froboesius, Friedland. Borussus. Oppon. Georgius Christianus Rhens. Neo-Wedelia March. & Gabriel Spieß / Regevalda Pom.
- V. De Deo Filio. Resp. Johannes Henricus Gorges, Stargardia Pom. Opp. Michael Crause, Arensvalda Marchicus, & Wedige Bogislaus de Bonin, Nob. Pom.
- VI. De Spiritu Sancto. Resp. Paulus Christophorus Hendel, Colberg. Pom. Opp. David Westphal / Stargardia Pom. & P. C. Blivert, G. P.
- VII. De Creatione. Resp. Georgius Ernestus de Bonin, Nob. Pom. Opp. Tobias Henricus Engelke / Neo-Sed. Pom.
- VIII. De Angelis. Resp. P. C. Blivert, Grypheb. Pom. Opp. P. C. Hendel, Colb. Pom. & P. Lemke / Neo-Sed. Pom.
- IX. De Homine. Resp. P. Lemke / Neo Sed. Pom. Oppon. M. F. Froboesius & G. E. de Bonin.

Hebraeam linguam publice profiteri non fuit consultum, quod non pauci Auditorum jurisprudentia destinati, pulverem hunc & puncta vere erudita tangere verentur. Privatim tamen, & quidem gratis augustae hujus omnium lingvarum parentis addiscendae copiam fecit. Ut suorum animum ad ejus studium accenderet, publico specimine, quantum utilitatis fructum ex solidiore ejus notitia Theologiae cultores capere possint, demonstravit.

Resp. T. H. Engelsen. Opp. P. Lemke. P. C. Hendel & P. C. Blivert.

Id dum præstitit, elegantiorē Latinitatē Gymnasii Civibus familiarem reddere nullo modo neglexit; utpote cui plurimum temporis operæ & laboris impendit. Satis enim habuit, si Theologia duas tresve horas singulis dicare hebdomadis licuit; ut vere prædicare possit, castæ Latinitatis & eloquentiæ studium reliquis ante habitum esse omnibus. Quæ Curtium Rufum, omnium iudicio in Principum scriptorum numero referendum, publice legere perrexit; non aliorum Auctorum fastidio, sed ut tandem præstantissimum Historicum, quem adhuc Con-Rector suis explicare iussus erat, absolveret. Potuissent, Cæsar, Livius, Svetonius, Sallustius, Tacitus, aliiq; aurei atq; argentei ævi Scriptores addi, nisi eorum multitudo potius ad iactantiæ speciem, quam Auditorum profectus pertineret. Ciceronem interim Collegæ concessit, neque enim Curtium intra destinatum tempus absolvi posse credidit, si per intervalla legeretur. Quamquam & huius electionis ratio sibi constaret; quod Curtius non solum historiam scribit, sed & Orationes adspersit elegantissimas, quarum Latinitas & argumenta optime ad temporum nostrorum usum valent, quibus singularis potestas, quam vulgò *Monarchiam* dicimus, in plerisque Orbis Christiani provinciis est constituta.

Cornelio Nepoti, optimæ latinitatis auctori, cuius dictionem vere romanam suis semper commendavit, & quondam inculcavit, repetendo, singulis hebdomadibus horam seposuit; non ignarus adolēcentes quos Scriptores pueri triverunt, contemptu abjicere, nec lectu dignos putare; nisi interdum experimentis, quanta adhuc messis privata operæ restet, moneantur. Præterea connectendi artificium, quod in tota styli ratione fere utramque facit paginam, romanarum antiquitatum vestigia, aliaque non minora momenta, limatius postulant iudicium, quam quod in puerilem ætatem cadit; ut sane homines sine ingenio sine literis esse videantur, qui Nepotem adultiorum industria indignum iudicant.

Privatim Plinii Epistolas, ut quorundam Parentum desideriiis & Auditorum precibus occurreret, assidua versavit manu. Neque æquus arbiter, ad tempus Cæciliū Ciceroni surrogatum, indignabitur. Quamquam enim Tullius omnium iudicio reliquis omnibus

mnibus major; Plinius tamen ad epistolas umbraticas est accommodatior; quod facile credent, qui succinctum, acutum & concinnis sententiis frequentem Scriptorem, perlustrare non gravabuntur. Nec est cur cuiquam iusto festivior videatur. Scurrilem enim sœdamque Terentii dicacitatem procul haber, & liberales suos jocosa ita condivit, ut sub alienis plerumque exemplis bonæ indolis juvenes præmoneat, nec facile Lectores in ullius vitii periculum inducat, nisi ambitionis, quam non magis Cicero & Seneca, quam Plinius, exuerunt. Quare, non contemnendi Civium nostrorum progressus, quos dum ille iis in manibus fuit in latinarum literarum studio fecerunt, &, non temerariæ electionis conscientia, ei persuadent fore, ut nec Auditores nec ipsum Plinii lecti unquam pœniteat. Hos verò Scriptores, quæ debuit fide atque cura, Alumnis exposuit; ut nemo, cui attendendi non defuerit animus, de ullo vocabulo non satis intellecto conqveri possit.

Et quia vernacula lingua à latinæ genio magno discrimine distinguitur, sedulo ostendit, quæ ratione in utrâque Barbarismi sint fugiendi, ne contra germanicæ lingvæ indolem romanas dicendi formulas ad verbum transferrent, aut peregrinis & latio ignotis latinis laderent. Quæ ex antiquitate illustranda fuerunt, paucis expedit. Imitandi argumenta tam extemporalia, quam domi componenda abunde suggessit. Neque alia styli exercitia omisit. Inprimis in Chriis, quas celeberrimus Cellarius non immerito eloquentiæ Tironibus ante omnia commendat, sæpius suos elaborare voluit. Phrases non nisi rarissimas calamo excipi iussit, & potius crebris variandi aliisque artificiiis, omnia in Auditorum succum & sanguinem convertere studuit.

In Rhetorica parte prima & secunda ad finem perducta, tertiam orsus est. Vossium præcipuè secutus, cujus elementa, Mitternachi opera in compendium redacta, explicavit. Ne tamen cives nostri solis præceptis immorarentur, subinde publice & privatim eos dicendo exercuit, ut ad antiquum romanæ juventutis exemplum ipso usu, quæ felicissima proficiendi ratio, perorandi artem addicerent, præceptis autem eam perpolirent atque confirmarent.

Geographiam, sine qua historiae luce sua destituuntur, Aucto-
rum lectioni conjunxit, quo, locorum situ ante oculos versante,
res gestae eo firmitus memoriae infigerentur. Ut tamen ordine eam
pertractaret, Clarissimi Hübneri compendium, à capite ad calcem
quondam evolutum, denuo recensere coepit. Literas etiam com-
munes vocavit in subsidium, nec loca solum, sed & quae ad praesentis
aevi historiam atque politicam pertinent, attendit, ut Auditores,
quae nostra aetate Orbi Christiano sit facies, intelligerent.

Arithmeticam, cujus maximum in omni vita genere esse u-
sum nemo dubitat, non plane praetermisit. Satis gnarus, eam qui
non didicerit, ne familiaribus quidem rationibus componendis,
multo minus eruditorum calculis subducendis sufficere; neque ul-
lam disciplinam judicium felicius, atque hanc primariam Mathe-
seos sobolem, acuere. Eo autem adnissus est, ut praceptorum in
vita civili fructus appareret; Quo tedium atque obscuritatem remo-
vit, & contra acre discendi studium ac perspicuitatem paravit.
Quemadmodum privatim Arithmeticae, ita privatissime Geome-
triae ludum quibusdam, quos ejus amore captos sensit, aperuit; ut
tandem & in nostro Gymnasio disciplinae mathematicae aliquem sibi
locum vindicare inciperent.

Ethicam, Physicam & Metaphysicam, in disciplinarum, à Viri
docti persona non alienarum, semper retulit censum; nec sine ma-
gna voluptate quondam coluit. In praesentia tamen rerum eas se-
posuit, vel potius aliis reservavit temporibus. Etenim, quod ne-
cesse, non quod opus, primum est comparandum. Quare earum
loco, Graeca, Logicam & Historiam, elegisset, nisi temporis penuria
& operarum numero eas Collegae dexteritati permittere coactus
fuisset.

Secundi Ordinis Auditoribus, quantum aetas profectus atque
ingenia permiserunt, ex singulis disciplinis tradidit. Ante omnia,
ut solida latinitatis fundamenta jacerent, curavit; ad quod continua
Nepotis lectio non parum conferet.

Sequun-

Sequuntur diligentia Specimina, ex quibus qui de singulorum moribus judicare voluerit, haud facile fallitur.

Chria VI. fuere componenda I. In dictum Livii: *Perduntur est in tempora, quibus nec vitia nostra, nec remedia pati possumus.* II. In παράδοξον Ciceronis: *Omnes sapientes liberi, omnes vero stulti servi.* III. In Taciti de Germanis judicium: *Nemo Germanorum vitia ridet, nec apud eos corrumpere & corrumpi seculum vocatur.* IV. In verba Plinii: *Rectius honestatis fructus in conscientia quam fama reponitur.* V. In Taciti de Philosophis sententiam: *A sapientibus cupido gloriae novissima exuitur.* VI. In Marci Aurelii monitum: *ὁ ὑπὸ ἀτυφίας ὑφ' ὧν τυφόμεν' πάντων χαλεπώτατον.* *Fastus, qui superbia vacuitatem ostentando exercetur, omnium est gravissimus.* VII. P. C. Blivert, privata opera in dictum Ovidii: *Crede mihi bene qui latuit bene vixit*, Chriam elaboravit.

Ex quibus exhibuerunt:

F. A. de Somnitz, Nob. Pom. II. D. Westphal, Stargard, Pom. II. J. H. Gorges, Stargard, Pom. II. G. M. Nitz, Conicia Borussus. II. P. Lemke, Neo-Sedin, Pom. VI. W. B. de Bonin, Nob. Pom. III. G. E. de Bonin, I. P. C. Hendel, Colberga Pom. IV. P. C. Blivert, Gripheb, Pom. V. M. F. Froboesius, Fridlandia Borussus. III. T. H. Engelke, Neo-Sedin, Pom. VI. A. C. Walter, Neo-Sedin, Pom. IV. Gabriel Spiess, Regewalda Pom. V. M. C. G. H. de B. & G. C. R. nullam obrulerunt emendandam.

Exercitia styli, secundi ordinis Tironibus dictitata, ex tempore exceperunt.

F. A. de Somnitz. XXVIII. D. Westphal, XXVII. J. H. Gorges. XII. G. M. Nitz, XXIII. M. Crause. XXVII. P. Lemke. XXXIV. W. B. de Bonin. XXXIII. G. E. de Bonin. XXVIII. P. C. Hendel. XXXV. P. C. Blivert. XLIII. M. F. Froboesius. XXVIII. T. H. Engelke. XLIV. A. C. Walter. XL. G. H. de Blankenburg. XXII. G. C. Rhens. XXXII. G. Spiess. XLII.

Ex

Ex Curtio & Plinio imitandi argumenta.

F. A. de Somnitz, XI. D. Westphal, VII. J. H. Gorges, VI.
G. M. Nitze, IX. M. Crause, XII. P. Lemke, XI. W. B. de Bo-
nin, XIII. G. E. de Bonin, VIII. P. C. Hendel, XI. P. C. Bli-
vert, XVIII. M. F. Froboësius, XV. T. H. Engelke, XVI. A. C.
Walter, XIV. G. C. Rhens, VIII. G. Spiefs, XIII.

In Geometria diligentiam suam probarunt.

F. A. de Somnitz, D. Westphal, M. Crause, W. B. de Bonin, G. E.
de Bonin, P. C. Hendel, G. Spiefs.

Perorando exercitati sunt

F. A. de Somnitz, I. D. Westphal, II. J. H. Gorges, I.
G. M. Nitze, II. M. Crause, IV. P. Lemke, III. P. C. Hendel, II.
P. C. Blivert, III. M. F. Froboësius, III. T. H. Engelke, IX. A. C.
Walter, V. G. C. Rhens, VI. G. Spiefs, III.

Secundi Ordinis Auditores pensa, quorum numerus
infra scriptus est, tradiderunt corrigenda.

J. H. Horn, Neo Sed. L. J. C. Engelke, Neo-Sed. LI. P. H. Al-
berti, Neo-Sed. XL. M. C. Krolle, Neo-Sed. XLIX. J. P. Woirke,
Ratzeburgio Pom. XLVI. M. Meyer, Neo-Sed. XXX. G. F. de
Hertzberg, Nob. Pom. XVI. F. Scheve, Neo-Sed. XLVI. C. G. Kühns,
Neo-Sed. XLIII. J. H. Stamm, Neo-Sed. XXXVIII. T. Weise,
Belcoa Pom. XL. G. Lütke, Berwalda Pom. X. Plerique horum ali-
quoties oratiunculas declamaverunt.



M. CHRISTOPHORUS DENSO, Con-Rector,
in ea & tempora & faciem Gymnasii hujus, quibus restau-
randis & reficiendis, vel divinæ & ingenii & corporis vi-
res vix sufficiunt, nutu Dei clementissimo reservatus, in illam cu-
ram dies noctesq; in hunc usq; diem incumbere, ut debuit, sic vo-
luit, ut Dei Optimi Candidissimiq; Judicis voluntati, & Regis Impe-
rio sanctissimo integerrimo, conscientiaq; stimulo potentissimo
satisficeret atq; ac cives nostri Gymnasii non Scholæ modo verum
etiam

etiam vitæ, ut verbis utar Senecæ, discerent, ne è numero discen-
tium dimissi, aut Erroris opinione fingant sibi scientiam, aut aliis
Præfecti sibi solis sapiant, inserviant, & assententur, alios verò tan-
quam superficialiæ Eruditionis & proletariæ fidei homines, con-
temnant: cum tamen ignorent, quanto studio quanto labore &
sudore stratagematibus ignorantia pariter ac malitia præsentissi-
mis, obviam sit eundem. Quare labores suos, divinâ aspi-
rante & conservante gratia, hætenus susceptos exantlatosq; opti-
mo cuiq; probatos esse voluit.

- I. In Græcis singulis hebdomadibus. Pericopen Dominicalem
Evangelicam, & si per temporis Rationem fieri potuit. Epi-
stolicam ex Novo Testamento absolvit, exponendo, resol-
vendo, imitationem Gramaticam adjiciendo, non tamen
neglecta Poësi Græca, cui Posselius inservire voluit.
- II. In linguâ latinâ addiscendâ adhibuit publicè Orationes Cice-
ronis, è quibus 1. 2. & 3. Orationes in Catilinam, datâ non
solum Dispositione & Rhetorica & Logica, sed & accurata
Expositione Philologica, & Philosophica additâ, absolvit:
Privatis verò horis Epistolas & Ciceronis, & M. Friderici
Hildebrandi Gymnasii Martisburgensis Rectoris olim æstu-
matissimi (desiderio discipulorum ut satisfaceret) destinavit.
In Poësi latina libros Tristium tractandos suscepit Ovidii,
absolutis Elegiis quatuor Philologice & Philosophice ex-
positis.
- III. In Poësi verò Germanica non solum fundamenta & præce-
pta ostendit, sed & certa ex Genesi Themata elaboranda
proposuit, in quibus elaborandis XXVI. pervenire omnes &
singuli ad Caput usq; XXXII.
- IV. Logices librum I. accuratissimè enodavit, singulis horis, qui-
bus tractanda Logica competit, summariâ totius Logices
repetitione præmissâ.
- V. In Politicis usq; ad Jura, quæ dicuntur, Principum Majestatica
pervenit, brevi integræ huic Disciplinæ ultimam manum.

16
impositurus. Ne verò Disciplinæ hujus Tractatio manca videatur & inutilis, Libellum ei sanè auream illustris Pufendorfii de officio hominis & civis, junxit, tabulâ cuiuslibet Capituli Synopticâ præmissâ; Quoniam, sanè Doctorum Judicio, Jure civili & feudali non tantum, sed & naturali, comprehensa Politica, aptè satis addiscitur.

VI. In Explicatione Historiæ Universalis, quam secundum Periodos, cum temporum tum Populorum, fatales exponere placuit, ad post diluviana tempora usq; progressus est.

VII. Ex Physica curiosa, quæ nobilissima quæq; decet ingenia, horis huic labori destinatis, theses in calamus dictitavit, disputando ventilatas.

VIII. Privatissimum vero laborem, diebus Mercurii & Saturni horis pomeridianis, sustinuit, curiosâ urbium celeberrimarum descriptione & Explicatione Institutionum Justinianearum, quarum Lib. I. titulos 7. cum prolegomenis, absolvit.

Specimina à discipulis exhibita sunt sequentia:

1. Extemporalia & alia Latina,	2. Græca,	3. Versus & sententia græcæ lingvæ,	4. Perorant intra pri-vatos Gynnasii parietes,
F. A. de Somnitz - 12	0	- 0 -	- 0
D. S. Westphal - 18	0	- 37 -	- 2
J. H. Gorges - 6	0	- 7 -	- 0
G. M. Nitz - 7	0	- 12 -	- 2
M. Krause - 6	0	- 30 -	- 2
P. Lemke - 19	5	- 37 -	- 2
W. B. de Bonin - 19	0	- 15 -	- 0
G. E. de Bonin - 17	0	- 34 -	- 1
P. C. Hændel - 18	6	- 35 -	- 2
P. C. Blivert - 19	13	- 37 -	- 2
M. F. Frobesius - 16	4	- 36 -	- 2
T. H. Engelke - 19	8	- 37 -	- 3
A. C. Walter - 18	7	- 37 -	- 3
G. H. de Blanckenburg 15	0	- 6 -	- 1

G. C. Rheins

1.	2.	3.	4.
G. C. Rheins - 8	- 0 -	- 20 -	- 0
G. Spiels - 12	- 9 -	- 37 -	- 2
J. H. Horn - 16	- 0 -	- 37 -	- 3
J. C. Engelke - 15	- 0 -	- 37 -	- 3
P. H. Alberti - 15	- 0 -	- 37 -	- 3
M. C. Kroll - 14	- 0 -	- 37 -	- 3
J. P. Weise - 13	- 0 -	- 28 -	- 1
F. Scheve - 15	- 0 -	- 36 -	- 4
G. F. de Hertzberg - 9	- 0 -	- 13 -	- 2
M. Meyer - 5	- 0 -	- 12 -	- 2
C. G. Kühn - 12	- 0 -	- 30 -	- 3
T. Weise - 8	- 0 -	- 6 -	- 1
J. H. Stamm - 10	- 0 -	- 24 -	- 1

Disputationes habitæ sunt 14. & quidem

- I. *De Lycanthropia diuæ*, bis. Resp. Weisio. Opp. Lemke, Blivert, Frobös.
- II. *De Spectris tres*, Resp. Lemke, Oppon. A. de Somnitz, Mich. Kraus. Resp. de Somnitz, & Opp. M. Kraus, Lemke. Resp. de Somnitz. Opp. Lemke, Blivert.
- III. *De Corybantismo & alteratione sensuum in Ebriis, de Phrenesi itemq; morbo Melancholico, de Paroxismo febrili, & de iis quæ inde proficiscuntur, de Noctambulis seu noctambulonibus, quatuor*: Resp. Mich. Krause, Oppon. Westphal, & de Somnitz. Resp. Westphal. Oppon. G. E. de Bonin. Resp. de Somnitz. Oppon. Westphal, & Lemke. Resp. G. E. de Bonin. Opp. Blivertus.
- IV. *De Cancris, quinq;*: Resp. Frobös. Opp. Westphal. Resp. Nitz. Opp. Lemke, & H. B. de Bonin, & G. E. de Bonin. Resp. H. B. de Bonin. Oppon. G. E. de Bonin, & Handel. Resp. Handel, Opp. Blivert. Resp. Blivert. Oppon. Engelke, & Walter,

V. Pu-

V. Publica eaq; solennis de Monocerote habuit Responden-
tem J. A. de Somnitz, & quaternionem Opponentium West-
phal, Gorges, G. E. de Bonin, Frobös.

Perorarunt in publico amplissimorum Virorum con-
ventu, memoriam Dei immortalis in corpore
mortali patientis grata mente repetituri, parasce-
ves, qui vocatur, die:

1. J. A. de Somnitz, Prologum Patheticum de obligatione ex me-
rito Christi profectam, sistens.
2. Frobös, Innocentiam Christi patientis idiomate Vernaculo
eoqve ligato, demonstrans.
3. Blivert, Pathologico eoqve ligato stylo vernaculo resipiscens
Petri personam repræsentans.
4. Lemke, Factum Judæ desperantis seqve ipsum jugulantis de-
clarans oratione soluta latina.
5. T. H. Engelke, lachrymis funus Christi prosequendum esse,
lingua vernacula ligata, docens.

Cætera, studio evitandæ jaçantia Thraſonica, silentio
tranſeuntes, Deo commendata & probata
eſſe volumus,

Cui Soli
GLORIA.



65 E 12

